Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-210826-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-210826-p0002-7

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA

CONTINENS

# DELINEATIONEM PRAXEOS AVGVSTISSIMAE CAMERAE IMPERIALIS NOVISSIMAE CIRCA LITTERARVM INFORMATORIARVM REDEMTIONEM, VVLGO der Berichts-Auslöſung.

1789, 3.

QVAM

SVB AVSPICIIS

*MAGNIFICENTISSIMI RECTORIS*

DOMINI

## DNI. GVILIELMI IX.

LANDGRAVII HASSIAE RELIQVA

ET

*ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS*

AVCTORITATE

PRO CONSEQVENDA

IN VTROQVE IVRE DOCTORIS DIGNITATE

D. II. APRIL. MDCCLXXXIX.

PVBLICE PROPVGNABIT

GVILIELMVS THEODORVS GOTTHARDVS PILGER

WEZLARIENSIS.

MARBVRGI

TYPIS IOANNIS BAYRHOFFERI, ACAD. TYPOGRAPHI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-210826-p0003-3

# CONSPECTVS.

CAP. I. *Generalia de litteris pro informatione.*
§ I. II. *Lex et arbitrium Summi Domini Iudicis litteras pro informatione exigunt.*
§ III. *Deſcribuntur litterae pro informatione.*
§ IV. V. *Quando probant.*
§ VI. *Quomodo conficiuntur.*
§ VII. *An acta priora adiici poſſint.*
CAP. II. *De cauſis, in quibus litterae pro informatione decerni ſolent.*
§ VIII. *Refert tranſitum ad caſus ſpeciales.*
§ IX. *Caſus primus continet cauſas ſubditorum.*
§ X. *Secundus commiſſionem a ſubditis cantra dominum petitam in perpetuam rei memoriam.*
§ XI. *Tertius cauſas officialium.*
§ XII. *Quartus proceſſus pauperum.*
§ XIII. *Quintus proceſſum ad cauſas politicas ſpectantem.*
§ XIV. *Caſus ſextus complectitur cauſas tribuum.*
§ XV. *Septimus litigia circa tribuum articulos.*
§ XVI. *Octauus cauſas religionis.*
§ XVII. *Caſum nonum ſiſtit citatio ad videndum ſe relaxari a praeſtito iuramento ad effectum agendi.*
§ XVIII. *Decimus ſiſtit viſionem, an ſumma adſit appellabilis.*
§ XIX. *Vndecimus ponitur in facto libelli dubio.*
§ XX. *Duodecimus recipit citationem ſuper protracta vel denegata iuſtitia.*
§ XXI. *Decimus tertius appellationem extraiudicialem.*
§ XXII. *Decimus quartus comprehendit viſionem, ſi quid dubii ſecum habet querela nullitatis.*
§ XXIII. *Ponitur generalis regula, quando litterae pro informatione decernuntur.*
§ XXIV. *Iudex inferior ſuper punctis in decreto deſignatis reſcribere tenetur.*
CAP. III. *De ipſo proceſſu informatiuo.*
§ XXV. *Differentia proceſſum informatiuum inter et communicatiuum.*
§ XXVI. *Litterarum pro informatione expeditioni includenda eſt ſupplica pro proceſſibus vna cum eius adiunctis.*

# CONSPECTVS.

§ XXVII. *Informanti in litteris pro informatione praefigitur terminus ad informandum.*

§ XXVIII. *Litigans apud informantem intra terminum ad informandum praefixum ſupplicet pro litteris informatoriis accelerandis et transmittendis*

§ XXIX. *Plerumque vlterior ſupplica* um Gehabung des Berichts *iniungitur.*

§ XXX. *Supplicans inſtructus neceſſariis adiunctis poſt terminum ad informandum praefixum elapſum petit clementiſſimam litterarum informatoriarum communicationem.*

§ XXXI. *Litterae informatoriae in ſtatu controuerſiae adhuc dubio communicantur ſupplicanti ad contrainformandum.*

§ XXXII. *Litterae informatoriae non ſemper ad contrainformandum communicantur.*

§ XXXIII. *Poſt decretam litterarum informatoriarum communicationem et ante litteras contrainformatorias exhibitas ad petitum impetrantis ferri poteſt decretum finale.*

§ XXXIV. *Poſt in- et contrainformationem interdum toti liti finis imponitur per ordinationem*

§ XXXV. *Litterae pro informatione ſecunda vice decernuntur.*

Cap. IV. *De redemtione litterarum informatoriarum ſecundum nouiſſimam Camerae imperialis praxin.*

§ XXXVI. *Quaeſtio: cuius expenſis litterae informatoriae ſint conſcribendae, explicatur.*

§ XXXVII. XXXVIII. *Caſparus et Wernerus Kochii vt et de Ludolf hanc quaeſtionem tangunt.*

§ XXXIX. *Diſtinguitur: vtrum petiti proceſſus iudicem informantem tanquam reum vel correum, an vero tanquam iudicem concernant.*

§ XL. XLI. XLII. *Continent praeiudicia nouiſſima, in quibus iudici inferiori, principali reo et correo gratuita litterarum informatoriarum transmiſſio iniungitur.*

§ XLIII. *Inquiritur in allegatorum Decretorum fundamentum.*

§ XLIV. XLV. *Quaedam de litis expenſis proponuntur, et indagatur quaeſtionis in* § XXXVI. *adlatae ratio.*

§ XLVI. *Informans ſportulas litterarum informatoriarum ſibi annotans denegatis petitis proceſſibus repetere poteſt.*

§ XLVII. *Auguſtiſſima Camera imperialis immodice ab informante exactas ſportulas moderat.*

§ XLVIII. *Continet concluſionem.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-210826-p0006-9

# PROOEMIVM.

Priora Magiſtratuum edicta demum ſub Imperatoribus relationibus ad Principem occaſionem dediſſe, inter omnes conſtat *a*), vt hic reſcripto ſuo ſtatuat, quid in caſu ſubiacente dubio ſit pronunciandum. Hinc relatio recte deſcribitur: quod ſit cauſae dubiae ad principem remiſſio, vt hic, quid iudicandum ſit, iudici inferiori reſcribat *b*). Cuius relationis fundamentum in eo ponitur: quod varia in adplicando iure ad factum maxime controuerſum exiſtere poſſunt dubia, quae antea ſunt remouenda *c*).

Ne autem eiusmodi reſcriptum vllo ſub- vel obreptionis vitio laboret, iudex inferior praeter relationem acta coram ſe ventilata transmittebat integra, ſimulque partibus litigantibus relationis ſeu conſultationis exemplum edebat, quo intelligerent, an illius contentis aſſentiri, an vero preces refutatorias offerre velint *d*).



Licet

Licet autem eiusmodi relationes apud Romanos frequentiſſimae, iure Nouellarum *e*) ſint ſublatae, ex principiis vero iuris canonici *f*) tam in iudiciis inferioribus, quam in ſupremis Imperii Tribunalibus ſub nomine Berichtſchreiben analogice obueniunt.

Hiſce praemiſſis me conuerto ad Thema mihi electum, continens delineationem Praxeos Auguſtiſſimae Camerae Imperialis nouiſſimae circa litterarum informatoriarum redemtionem, vulgo der Berichts-Auslöſung.

Huius diſſertationis tractatio requirit, vt in primo capite generalia de litteris pro informatione praemittantur, in ſecundo capite caſus enumerentur, in quibus litterae pro informatione vſurpari ſolent, tertium comprehendit ipſum proceſſum informatiuum, et tandem in quarto capite adferam, quid in redemtione litterarum informatoriarum ſecundum nouiſſimam Camerae imperialis praxin ſit ſtatuendum.

*a*) Ioan. Gottfr. Schavmbvrg in compend. iur. Digeſtor. lib. 49. tit. 1. § 2. Lavterbach C. T. P. lib. 49. tit. 1. § 23.

*b*) Idem l. c. Georg. Engelbrecht compend. iurisprud. lib. 49. tit. 1. in fine, p. 886.

*c*) Schavmbvrg l. c. § 1.

*d*) Lavterbach l. c.

*e*) Nov. 125. cap. 1.

*f*) Cap. 68. X. de appellat. Schavmbvrg l. c.



Capvt

## Capvt I.

### *Generalia de litteris pro informatione.*

§ I.

Supremum Imperii Tribunal Wezlariae reſidens, non ſtatim, teſte quotidiana experientia, precibus cuiuslibet ſupplicantis fidem habet, aut habere poteſt, ſed ſuſpenditur nonnunquam petitum ſupplicantis vel ex legis diſpoſitione, vel ob ſufficientiſſime fundatum Summi Domini Referentis arbitrium. Antequam ergo petiti proceſſus decernuntur, litterae pro informatione reſcribuntur, quibus ſupplicantis magiſtratui, iudici a quo, itemque reo, pro re nata, quandoque iniungitur, vt cauſarum informationem cum omnibus ſuis circumſtantiis intra praefixum terminum clauſam transmittat *a*).

*a*) Iac. Blvm de proceſſu camer. tit. 35. § 6. Ioan. Christ. Limbachii ſummorum in Germania tribunalium proceſſus informatiuus, ſiue von Schreiben um Bericht, Berichten und Gegenberichten, per notas et animaduerſiones informatus a Ioan. Deckherro (additus eius vindiciis ad Blumium) Frid. Gvil. Tafingeri inſtit. iur. camer. (1754. 8.) § 788. Ioan. Steph. Pütter introduct. in rem iudiciar. Imperii (1752. 4.) part. 1. lib. 2. ſect. 2. cap. 2. § 195 — 198. p. 135 ſqq. Gosw. Joſ. von Buinink Anfangsgründe des Reichs-Cammer-Gerichts-Prozeſſes (1754. 8.) lib. 8. cap. 5. p. 254 — 258.

## § II.

Ratio, cur Supremus Dominus Iudex proceſſus petitos non ſtatim ad ſupplicantis effata decernit, in grauiſſimis litis pendentiae effectibus collocatur. Simulac enim proceſſuum inſinuatio rite eſt facta, in iſta cauſa litis pendentia Camerae imperialis, eiusque effectus in eo ponuntur, e. g. ne quid pendente cauſa innouetur, ne ipſa cauſa ad aliud trahatur forum, vt actio perpetuetur, et qui ſunt alii plures, qui omnes pro hodierno Camerae imperialis ſtatu magni ſunt momenti, quod bene illuſtrauit PÜTTER *a*). Hinc pro arbitrio Summi Domini Iudicis, aut pro re nata, et ſecundum narrationis circumſtantias, modo decretum fertur praelocutorium, modo litterae pro informatione a iudice inferiori, vel ab ipſo reo, ſi hic Status Imperii eſt, modo a tertio quodam, cuius intereſt, exiguntur *b*).

*a*) in noua epitome proceſſus Imperii etc. (Gœttingae 1757. 8.) § 77 — 79. p. 45. 46.

*b*) IDEM l. c. § 87 — 91. p. 49 — 51.

## § III.

Litterae pro informatione (Schreiben um Bericht) ergo recte praedicantur iuſſus ſuperioris iudicis ad iudicem inferiorem, itemque reum, aut illum, cuius intereſt, vt intra terminum praefinitum ratione facti eiusque circum-

cumſtantiarum a ſupplicante prolatarum plenam informationem transmittat clauſam.

Ex hac deſcriptione elucet, litteras informatorias non ſolum a iudice inferiori, ſed etiam ab ipſo reo, pro rei natura, exigi, quod ait Bvinink *a*). Hinc neceſſe eſt, vt ſupplica cum omnibus adiunctis iudici inferiori vel informanti in copia inſinuetur probante, quo explorare poſſit, num ſupplicans vera, an loco narrationis verae falſa in facto protulerit, et vtrum petiti proceſſus ſint friuoli, nec ne? Quod in ſpecie videmus, ſi quis ſupplicat pro relaxatione iuramenti ad effectum agendi *b*), (de quo § XVII. infra.)

*a*) l. c. lib. 8. cap. 5. § 1. Bevorn die gebettene Proceſſ erkannt werden, wird zuweilen von dem Beklagten oder Unterrichter, ein Bericht abgefordert.

*b*) Viri illuſtris Joh. Andr. Hoffmanns deutſche Reichs-Praxis, part 3. § 2270. not. d. p. 79.

## § IV.

Quaeſtionem: an litterae informatoriae ſine adiunctis et ſine vlla probatione adpoſita mereantur fidem, obiter tantum attingam. Si enim verum ſit, litteras informatorias (der Bericht) eſſe ſcriptum ab informante ad iudicem ſuperiorem ſuper facti dubii circumſtantiis exaratum, luce clarius eſt, ipſas litteras informatorias non euadere nudas iudicis inferioris, vel informantis, narrationes

ſcriptas,

ſcriptas, quoniam, non omnes ex bona fide elogia conſcribere, liquet *a*), iudicem ſemel grauantem ſemper grauare praeſumi *b*), et factum ſuum ſaltem tueri anniti, quacunque via poſſit. Quae omnia in appellationibus in ſpecie ſunt defendenda, hinc Dav. Mevivs *c*) recte ſtatuit, quod iudicis relationi, poſtquam pronuntiauit, et ſententia eius impugnatur, fides non ſit habenda, quia potius ſuſpectus ſit; per appellationem enim ſuſpenditur illa praeſumtio, quae alias pro iudice eſt *d*). Hinc per ſe patet, litteras informatorias in facto eiusque circumſtantiis nec fundatas nec probatas demum plenam iudicis ſupremi fidem haud mereri *e*); licet negare non auſim, facti narrationem claram, connexam et plane concatenatam, ita, vt ſine aperta contradictione contrarium non poſſit obtinere, iudici inferiori, ſeu informanti, omnem arrogare fidem.

*a*) L. 6. princ. D. de cuſtodia et exhibit. reorum, vbi ICtus Marcianus ait: Et alias reſcriptum eſt, non eſſe vtique epiſtolis eorum credendum, qui quaſi damnatos ad praeſidem remiſerint. Idem de irenarchis praeceptum eſt, quia non omnes ex fide bona elogia conſcribere, compertum eſt.

*b*) Andr. Gail in obſeru. pract. lib. I. obſ. 131. num. 2.

*c*) part. I. deciſ. 204. num. 2 ſqq.

*d*) Sam. Stryk de praeſumtione pro magiſtratu § 16. p. 812 ſqq.

*e*) Georg. Melch. de Lvdolf de iure camer. p. 262. vbi contendit: quod informationi qualicunque non bene fundatae fides non ſit habenda ad denegandos proceſſus.

§ V.

## § V.

Ex praemiſſis ergo patet, iudicem contra acta vel ſine actis aliquid aſſerentem non habere fidem *a*). Litteris itaque informatoriis ita conceptis, vt cauſa nondum clare inluceat, actor aeque, ac reus eandem pro ſe habeant praeſumtionem, et Summus Dominus Iudex adhuc de iuſta aut iniuſta cauſa dubitet, litterae informatoriae exhibitae actori ex officio ad contrainformandum communicantur, quod vtplurimum, niſi ſupplicante rogante, fieri ſolet *b*). Sed hic, vt opinor, eſt caſus neceſſitatis.

*a*) Iac. Frid. Lvdovici et Ioan. Christ. Böhm de iudice extra acta aliquid adſerente § 11 ſqq.

*b*) de Lvdolf l. c. cap. 20. p. 263. Pütter in introduct. in rem iudiciar. Imperii, part. 1. lib. 2. ſect. 2. cap. 2. § 198. not. d. p. 138.

## § VI.

Litterarum informatoriarum conſcribendarum multifarius extat modus *a*), qui iudicis inferioris ſeu informantis arbitrio pro circumſtantiarum ratione ſimpliciter eſt relictus. Modo enim eiusmodi litterae nudam chronologicam continent facti controuerſi euolutionem, ita quidem, vt ſuperioris iudicis voluntati plane concedatur, quidnam in ſpecie praeſente decernere velit, modo iudex inferior litteris ſuis informatoriis quaeſtionem annectit deciſam, cum deductione et rationibus decidendi, vna

cum

cum petito: de denegandis petitis proceſſibus; petitum pro denegandis petitis proceſſibus regulariter non eſt ſuadendum, prodit enim informantem multis in cauſis ſuſpectum; modo, vti in praxi communi, iudex informans ipſa coram ſe ventilata acta vna cum litteris informatoriis coarctatis ad iudicem ſuperiorem transmittit, ſimulque hunc rogat, vt acta ipſa perluſtret, et deinde, quid iuris ſtatuere velit, decernat.

*a*) von Buinink l. c. lib. 8. cap. 5. § 31 — 33. vbi verba ſic ſe habent: Der Bericht wird äuſſerlich wie ein Brief eingerichtet, und jedesmahl an den Cammer-Richter addreſſirt. Die innerliche Einrichtung deſſelben betreffend, ſo ſtehet in des Berichtenden Belieben, ob er denſelben per modum einer Relation, oder eines Briefs, oder auf eine andere Art abfaſſen wolle.

## § VII.

Nec ſilentio hic praetereundum eſt, an informans acta coram ſe ventilata litteris informatoriis adponere poſſit, nec ne? Experientia enim docet, litigantes ſupplicantes et prolixitate litterarum informatoriarum, et adiunctorum coaceruatione ita grauari, vt interdum dubitent, ſitne lis proſequenda, an deſerenda. Diſtinguendum mihi vero videtur, num remedia, e. g. appellationis, nullitatis etc. ſint interpoſita, an vero ſupplica pro grauaminibus tollendis ſit exhibita? In illo caſu adponi non debent acta primae inſtantiae, quia ordo proceſſus haud ſinit, vt acta

primae inſtantiae adiungantur litteris informatoriis, cuius quidem rei duplex poteſt eſſe ratio, tum ne, decreta litterarum informatoriarum communicatione, redemtionis expenſae apud informantem ſupplicanti multiplicentur, tum, ne acta priora dupliciter reluantur, et hinc acta ſecundae inſtantiae cum eodem actorum faſciculo in duplo praeter neceſſitatem coaceruentur. In hoc caſu vero, vbi compulſoriales locum non habent, acta coram iudice inferiori ventilata paſſibus concernentibus per modum adiunctorum adponi poſſunt.

## Caput II.

### *De cauſis, in quibus litterae pro informatione decerni ſolent.*

### § VIII.

Legum diſpoſitio, aut arbitrium Summi Domini Iudicis litteras pro informatione determinat (§ I. ſupra). Caſus nunc enumerabo ſpeciales, in quibus Summus Dominus Iudex litteras pro informatione decernere ſolet, quia regula generalis ad omnes omnino caſus formari nequit.

### § IX.

Caſus primus eſt in cauſis ciuium aut ſubditorum contra magiſtratum aut dominum, vbi petiti proceſſus non facile decerni ſolent *a*). His enim fauet praeſum-



tio,

tio, quod ciuibus aut ſubditis nullam conquerendi praebeant occaſionem, ſed potius officiorum ſuorum memores iuſte egerint. E contrario eiusmodi ſupplicantes premit ſuſpicio et inobedientiae et pruritus litigandi. Ciuium vero aut ſubditorum querelis euidenter fundatis, et factis a parte rei aperte iniuſtificabilibus, decernuntur Mandata S. C. ſine litteris pro informatione *b*). Neglecta tamen hac regula, haud praetermittenda eſt diſtinctio: vtrum ciuis vel ſubditus qua talis, an vero qua contrahens, aut alius quilibet forenſis contra magiſtratum aut dominum agat? In prima ſpecie litterae pro informatione regulariter ſunt decernendae; minime vero in poſteriori, in qua ratio legis plane ceſſat, quia princeps cum priuato contrahens diiudicatur qua priuatus ex regulis iuris communis, et prae ſubditis ſuis nulla ei contingit praerogatiua. De hac materia perdocte egit generoſiſſimus et venerandus Praeceptor IOAN. HENR. CHRIST. DE SELCHOW *c*). Modo ſupplicans fundamentum agendi neceſſariis inſtruxerit probationibus.

*a*) C. O. C. part. 2. tit. 25. § 3. vbi haec obueniunt verba: Wollen Wir Cammer=Richter und Beyſitzer hiermit ermahnt und erinnert haben, ſonderlich gut Aufmercken zu haben, daß ſolche und dergleichen Mandata den Unterthanen wider ihre Obrigkeiten, da die narrata nicht veroſimiliter beſcheinet, nicht leichtlich erkennt, ſondern zuvor ſolches an dieſelben um nothwendigen Bericht, gelangt werden.

R. I. de 1654. § 105. Wie auch inſonderheit den Unterthanen und Bürgern wider ihre Obrigkeit die Proceße nicht leichtlich erkennen, ſon-

ſondern vorhero um Bericht ſchreiben, und deme, was im Deputations=Abſchied de anno 1600 wegen der armen Partheyen verordnet, gleicher Geſtalt auch mit allen Unterthanen obſerviren.

R. V. de 1713. § 10. Desgleichen ſoll das Cammer=Gericht wider Churfürſten, Fürſten und Ständen des Reichs, auf dero Landſaſſen und Unterthanen, oder auch der armen Partheyen eingebrachte Klagden, nicht leichtlich Proceß erkennen, oder Mandata ſine Clauſula ertheilen, ſondern vielmehr den Reichs=Conſtitutionen, Kayſerlich= und Königlichen Wahl=Capitulationen gemäß vorhero um Bericht ſchreiben ꝛc. Capitulatio Auguſtiſſimi Imperatoris glorioſe regentis Ioſephi II. art. 19. § 7. Wo aber die iurisdictio fundiret, dennoch ehe und bevor die Mandata ergehen, die beklagte Obrigkeit mit ihrem Bericht und Gegen=Nothdurft zuvorderſt vernehmen, geſtalten bey deſſen Hinterbleibung ihnen verſtattet und zugelaſſen ſeyn ſoll, ſolchen Mandatis keine parition zu leiſten, und wenn alsdann ſich befinden würde, daß die Unterthanen billige Urſach zu klagen haben, dem Proceß ſchleunig, jedoch mit Beobachtung der ſubſtantialium abhelfen, immittelſt gleichwohl ſie zum ſchuldigen Gehorſam gegen ihre Obrigkeit anweiſen.

Addatur Perilluſtris de Selchow in elem. iur. publ. germ. tom. 1. § 284. p. 293. (1782. 8.)

b) Joh. Ulr. Freyherr von Cramer in den Wezlariſchen Nebenſtunden, part. 2. p. 125. Ita quoque v. g. in cauſa Wezlar contra Wezlar 1780 factum eſt.

c) l. c. tom. 2. de iure priuato principum ſect. 6. § 602 — 604. p. 601 ſq.

## § X.

Caſuum ſpecialium cateruam, in quibus litterae pro informatione locum occupant, complectitur viſio ſecunda, quando nimirum ſubditi contra dominum petunt commiſſionem in perpetuam rei memoriam, tunc enim, quia prae-

praeſumtio eſt pro domino, ſolet is citari per litteras, quae vulgo vocantur Berichtſchreiben.

*a*) Rvtg. Rvland de commiſſar. et commiſſ. part. 1. lib. 2. cap. 5. num. 8. Gvil. Roding in pandect. iur. camer. lib. 3. tit. 19. § 14.

§ XI.

Caſus tertius comprehendit cauſas officialium *a*). Officiales enim ſunt ſubditi, non abſolute quidem, ſed ratione officii ipſis crediti, hinc neque quoad rem, neque quoad perſonam ſimpliciter, vti alii ſubditi. Ioan. Iac. Moser *b*) diſſerit de iis: Erſcheinet nemlich ex ſupplica, daß der Kläger den Beklagten entweder überhaupt, oder doch in Anſehung des Punctes, worüber der Stritt iſt, vor ſeinen Landesherrn erkennt, oder es iſt ſonſt notoriſch, ſo müſſe um Bericht geſchrieben werden.

*a*) de Cramer in obſeru. iur. vniu. vol. 1. obſ. 131. p. 372.

*b*) in der Einleitung zum Reichshofraths-Proceß, part. 1. cap. 2. § 20.

§ XII.

Proceſſus pauperum continent caſum quartum *a*). Non eam ob rationem, quaſi omnis pauper malam foueat cauſam, ſed quia plerique pauperum proceſſus eum in finem excitant, vt in Reſidentia camerali tuto commorari, mendicando vitae neceſſaria anquirere, hincque totam ciuitatem moleſtare, et ad mortem vsque ibi permanere poſſint *b*). Altera pars pro admiſſione ad iura et iusiu-

ran-

randum paupertatis (Armenrecht) eam ob cauſam ſupplicat, quo in caſu futurae ſuccumbentiae neque ad ſolutionem honorarii aduocato et procuratori ex officio conſtitutis debiti, neque ad alias proceſſus expenſas cogi poſſit. Neminem enim latet, litiganti ad iuramentum et ad iura pauperum admiſſo ex officio conſtitui aduocatum et procuratorem, vt cauſam ſine vllo honorario agant, et ex cancellaria etiam omnia gratis expediantur.

*a*) Rec. Dep. de 1600. § 9. So ſtatuiren, ſetzen und ordnen Wir, da hinführo einer anfänglich die Armuth klagt, und in Mangel der obangedeuten documentorum darein zu ſchwören begehrt, daß er alſo gleich mit Ernſt um gewiſſen Bericht der Sachen gefragt, und dahin angehalten werde, ſeine Klag durch einen Advokaten ordentlich ſtellen, und überreichen zu laſſen, darüber auch um Bericht an die Obrigkeit oder Untergericht geſchrieben werden ſoll, u. ſ. w. C. O. C. part. 1. tit. 55. § 3. Ueberdieß ſtatuiren, ordnen und ſetzen Wir, da hinführo einer anfänglich die Armuth klagt, ꝛc. darüber ſoll um Bericht an die Obrigkeit, oder Untergerichte geſchrieben werden.

*b*) de Lvdolf l. c. p. 182.

## § XIII.

Viſio quinta concernit proceſſum ad cauſas politiae ſpectantem *a*). Principes in territoriis ſuis illimitata legum ferendarum politicarum vi vbique non vtuntur, in multis enim conſenſu et conſilio Statuum prouincialium, vbi ſunt, opus eſt. Ceterum eiusmodi ordinationes ſingulos obligant territorii ſubditos *b*). Politia varios comprehendit ſignificatus et diuiſiones: ſumitur enim illa

modo

modo latiori, modo ſenſu ſtrictiori, tum reſpectu Imperii romano-germanici, tum ordinum Imperii *c*). Lata ſignificatio inuoluit ea, quae ad reipublicae ſubditorumque ſalutem et felicitatem ſpectant. In ſenſu ſtrictiori complectitur eas res et negotia, quae ex legibus publicis ad vitae neceſſitatem et commoditatem in republica pertinent, vt illis ſuus ordo, decus atque integritas conſtet *d*). Leges politiae ſunt ſanctiones publicae, ad felicem vitae ciuilis ſtatum internum et conſequendum et conſeruandum; complexus vero legum publicarum circa felicitatem vitae internam, ius politiae conſtituit. Vnde extra omnis dubitationis aleam poſitum eſt, meras cauſas politicas non eſſe obiectum iuſtitiae, et quamuis paroemia iuris germanici peruulgata ſit: in Polizeyſachen gilt keine Appellation *e*); remedium tamen appellationis certo modo locum habere poteſt, quando nempe illae non ſunt viſiones merae politicae, ſed iurisdictionis conflictibus anſam praebent, et circa ius tertii verſantur *f*). Sin igitur de iure litigantium quaeſito enaſcitur quaeſtio, et hoc laeditur, qualitas politiae ceſſat, et res politiae abeunt in cauſas iuſtitiae.

In epiſcopatu Leodienſi quidam anates habebat, qui in alterius lacu piſcatum abibant, oberrantes libere. Negabat alter, ob piſcinam ſuam contiguam, illi eſſe ius alendi anates; iudices Leodienſes primae et ſecundae inſtantiae denegabant reo ius habendi anates. Hic ad auguſtiſſimam

Ca-

Cameram imperialem appellabat, vbi anno 1763 decernebantur proceſſus appellationis.

a) R. I. de 1654. § 106. Alſo ſoll es auch daneben gehalten werden, wenn Sachen, die der bey einem Stand insgemein eingeführter guter Polizey, Zunft- und Handwercks-Ordnungen anhangen, durch Appellation an Unſer Kayſerl. und des Heil. Reichs Cammer-Gericht gezogen werden wollen, daß der Richter, ehe er die Prozeße erkennt, jedes Orts Obrigkeit, und des Status publici miteinlaufenden Intereſſe, mit ſeinen Umſtänden wohl erwegen, fürnemlich aber in dergleichen Sachen keine Inhibition leichtlich erkennen ꝛc. Addatur Capit. Auguſtiſſimi Imperatoris Ioſephi II. art. 19. § 6. Wenn auch Landſtände und Unterthanen wider ihre Obrigkeit Klage führen, ſo ſollen und wollen Wir inſonderheit, wenn es die landesherrliche Obrigkeit und Regalien ſowohl überhaupt, als in ſpecie die iura collectarum, armaturae, ſequelae, Landes-defenſion, Beſatzung der Veſtungen, und Unterhaltung der Garniſon, nach Inhalt des R. A. de 1654. § und gleichwie ꝛc., und dergleichen betrift, ad nudam inſtantiam ſubditorum keine Mandata noch Protectoria oder Conſeruatoria ertheilen, ſondern nach Inhalt jetztgedachten R. A. § benebens ſollen Cammer-Richter ꝛc., und § was dann Churfürſten, Fürſten und Ständen ꝛc., zuvorderſt die Austräg in Acht nehmen.

b) Perilluſtris et generoſiſſimus de Selchow in elem. iur. germ. priu. cap. 2. ſect. 3. tit. 2. p. 56 — 60. Viri Conſultiſſimi Casp. Frid. Hofmanni, Potentiſſimo Boruſſorum Regi a conſiliis intimis, Camerae imperialis Aduocati et Procuratoris, egregia et lectu digniſſima commentatio ſ. deductio de ordinum prouinciae Leodienſis iure in legislatoria poteſtate cum principe concurrendi in negotio regimin. et iuſtitiae aeque ac politiae etc. Wezlariae 1788. fol. § 2. p. 3. § 7 ſqq. § 230 ſqq. p. 87 ſqq. § 135 ſqq. p. 91 ſqq.

c) Ioan. Sam. Stryk de cauſis ad Cameram imperialem non appellabilibus, cap. 3. § 13. p. 157. vol. 14 operum (1752, fol.) Georg.

Chriſtoph. Schreiber de cauſarum politiae, et earum, quae iuſtitiae dicuntur, conflictu et differentia. Gött. 1762. 4. ſect. 1. § 2 ſqq. p. 9 ſqq.

*d*) Schreiber l. c. p. 7. de Ivsti Grundſätze der Polizey-Wiſſenſchaft (1756. 8.) § 2. 3. p. 4. Christoph. Trvmbach de non recipienda appellatione in cauſis politiae, Marb. 1763. 4. cap. 8. Vir illuſtris Ioan. Andr. Hoffmann unmaßgeblicher Entwurf des Polizey-Weſens ꝛc., Marb. 1765. 4. Hauptſt. 1. § 3 ſqq. p. 4 ſqq.

*e*) Ioan. Nic. Hertivs in paroem. iur. germ. in epidipn. paroem. 38. Ioan. Frid. Eisenhardtii Grundſätze der deutſchen Rechte in Sprüchwörtern, 1759. 8. Abth. 6. n. 30. p. 510 — 512.

*f*) Mevivs part. 3. deciſ. 154. de Cramer in den Wezlar. Nebenſt. part. 1. p. 88 ſqq. et vol. 1. obſ. 219. 260. 261. 293. vol 2. part. 1. obſ. 452. 498. Vir Conſultiſſimus Christoph. Iac. de Zwierlein von Polizeyſachen ꝛc. in vermehrten Beiträgen zur Verbeſſerung der Juſtitz am Cammer-Gericht, part. 2. p. 90. Ioan. Iac. Moser von der Landeshoheit in Polizeyſachen (1773. 4.) p. 8. Et viri perilluſtris Ioan. Frid. Alb. Const. de Nevrath obſeru. nonnullae de cognitione et poteſtate iudic. in cauſis, quae politiae nomine veniunt, Erlang. 1780. 4. in paroem. p. 1 ſqq. et obſeru. 1 — 29. p. 8 ſqq.

## § XIV.

In cauſis tribuum (Zunft-Sachen) litterae pro informatione vſurpantur, quia eiusmodi diſcordiae rerum politicarum ſpeciem continent, et quaeſtio eſt: vtrum mere tales ſint, an vero punctum iuſtitiae concernant? Regulariter priori caſu nec datur proceſſus, nec appellari poteſt; quando vero litigatur de iure inter priuatos con-

tro-

trouerſo, ſine reſpectu ad intereſſe publicum, appellatio admittitur *a*). Vt et in his cauſis, vbi ius tertii quaeſitum innouatur *b*). Hinc diſtinguendum eſt: iura tribuum quaeſita vel ſint rationalia et clara, vel non. Si ſunt rationalia et clara, Mandata S. C. decerni poſſunt. Quia vero ciuis aut ſubditus contra magiſtratum aut dominum agit, litterae pro informatione reſcribi ſolent, ita tamen, vt his quandoque iniungatur poenalis ordinatio, ſi cauſa ita ferat. Si vero iura tribuum non clara ſunt, in eiusmodi proceſſibus ſummario proceditur modo.

*a*) DE CRAMER in den Wezlar. Nebenſt. part. I. p. 91.

*b*) Viri illuſtris HOFMANNI deutſche Reichs-Praxis, part. I. § 962. p. 633. et praefat. ad part. 2. § 8. 9.

## § XV.

Septimo huc ſpectant opificum et tribuum lites circa articulos ſuos (Innungs-Briefe, Zunft-Artickel) emotae. Hi ſunt complexus iurium et priuilegiorum tribuum, ergo in hoc, vti in § antecedente XIV. eadem adplicanda eſt diſtinctio. Excipiuntur tamen articuli contra religionem, bonos mores, et in perniciem neoreceptorum tribuum membrorum tendentes, quos Conſtitutio Imperii Nouiſſima de 1731 von Mißbräuchen der Handwercker annullat.



§ XVI.

## § XVI.

Octauum locum occupat cauſa religionis. Si quis contra pacis religioſae aut Weſtphalicae ſanctiones ſe laeſum eſſe queratur, ad ſuprema Imperii Tribunalia ſeſe conuertere, ibique auxilium quaerere poteſt. Talis proceſſus in ſe et in ſua natura euadit celerrimae expeditionis, vti docet Vir perilluſtris et generoſiſſimus DE SELCHOW *a*). Ceterum de hac intricata materia conſulendi ſunt Autores celeberrimi *b*).

*a*) in elem. iur. publ. germ. tom. I. § 276. p. 282.

*b*) DE SCHAVROTH in concluſ. corpor. Euangelicor. tom. I. p. 709. ANT. FABER in der neuen europäiſchen Staats=Canzley, part. 27. p. 281 — 285. DE CRAMER in den Wezlar. Nebenſt. part. 16. p. 66 ſqq. DAV. GEORG. STRVBE in den rechtlichen Bedencken, tom. I. p. 37. Perilluſtris CHRIST. IAC. DE ZWIERLEIN Nebenſtunden, part. I. Abhandl. II. per totum. MOSER in dem neueſten Reichs=Staats=Handbuch (1779. 8.) lib. I. cap. 7. p. 28 — 31. EIVSDEM Reichs=Fama, part. I. p. 74 — 78. et Familien=Staats=Recht, part. 2. p. 438 ſqq. § 44 — 50. HELV. BERN. IAVPII programma, principium de iurisdictione ſupremorum Imperii tribunalium in cauſis eccleſ. Euangelicor. non magis, quam Catholicorum fundata, Gieſſae 1772. p. 3 ſqq. in qua PETR. ANT. FRANKII cenſuram principii: iurisdictio ſupremor. Imp. tribunalium in cauſis eccleſ. Proteſt. non magis, quam Catholicorum fundata, Mogunt. 1771. colluſtrauit. HERRICH in der Sammlung der neueſten Concluſorum Corpor. Euangelicor. (1786. fol.) p. 376.

§ XVII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-210826-p0024-9

## § XVII.

Caſum nonum ſiſtit citatio ad videndum ſe relaxari a praeſtito iureiurando ad effectum agendi *a*). Petens eiusmodi citationem docere debet, reum eſſe perſonam immediatam, et iurato ſe promiſiſſe, quod neque carceris ſqualorem vindicare, neque contra praeſtiti iuramenti formam experiri velit. Formula iuramenti praeſtiti (Urphede) exhibetur vel in originali, vel in copia, vel ſi actor neutrum proferre poteſt, ſufficit ſola conteſtatio, quia ex litteris pro informatione demum elucet, an allegata vrphedae praeſtatio vera ſit, nec ne. Licet haec requiſita omnia ſufficienter probauerit, citatio in Camera imperiali decerni nequit, niſi prius reſcribatur pro informatione *b*), vti factum in Sachen Wikken wider den Stadtrath zu Bremen den 7 Maii 1774. Interea Iac. Blvm *c*) refert inter requiſita: vt cauſa ſit mere ciuilis, ob quam actor in carcere detentus fuerit; contrarium quodammodo vero videmus non ſolum in alleg. C. O. C. ſub not. a, ſed etiam in R. I. de 1531. § 24. vbi verba ſic ſe habent: **befindet ſich denn aus ſolchem Bericht lauter und klar, daß der Kläger um begangene Verhandlung oder Miſſethat, oder um Ueberfahrung der Zöll** gefänglich angenommen ꝛc. Haec verba ſat ſatisque probant, hanc conſtitutionem non ſolum ad cauſas ciuiles, ſed

 etiam

§ XIX.

Vndecima occurrit ſpecies, vbi litterae pro informatione ſolent decerni, ſi nempe factum tam obſcure aut minus concludentes ſit prolatum, vt ſummus dominus iudex veram et adaequatam ſpeciem facti eruere nequeat.

§ XX.

Caſus duodecimus recipit citationem ſuper protracta vel denegata iuſtitia *a*). Ne autem contra vſum forenſem cameralem impingam quotidianum, diſtinguendum eſt: an primo pro promotorialibus ſit ſupplicatum, haeque decretae, expeditae et inſinuatae, iudex inferior autem intra praefixum tempus, id eſt, vnius menſis, iuſtitiam non promouerit, nec paritionem praeſtiterit promotorialibus; aut num pars ſtatim ab initio pro citatione ſuper protracta vel denegata iuſtitia ſupplicauerit? In priori caſu probatione inſinuationis litterarum promotorialium legitime abſoluta, citatio ſuper protracta vel denegata iuſtitia ſine praeuiis litteris pro informatione decernitur. In poſteriori autem caſu ſemper reſcribitur, vt antea transmittantur litterae pro informatione.

*a*) Gvil. Roding l. c. lib. 3. tit. 19. § 5.

§ XXI.

Caſum exhibet decimum tertium appellatio extraiudicialis *a*). In hac occurrit dubium, vtrum iudex inferior,

qua

qua iudex, an qua pars et iudex ſimul, an vero qua pars tantum proceſſerit, et grauamen intulerit, quod dicitur prouocatio ad cauſam *b*). Prima et ſecunda diuiſionis pars admittit appellationem, tertia hanc vero reſpuit, ſed pars grauata actionem inſtituere debet coram iudice ordinario competente. Inde ratio, cur ſuprema Camera imperialis ante omnia, et ad omne tollendum dubium, litteras pro informatione reſcribat.

*a*) R. I. de 1594. § 94. Aber nachdem die extrajudicial-appellation faſt häuffig an Unſer Kayſerlich Cammer-Gericht erwachſen, dahero etwa geklagt worden, als würden dadurch die ordentliche Austräge abgeſchnitten, wie wohl es nicht ohne, da die Obrigkeit iure et vi poteſtatis atque iurisdictionis, vor ſich ſelbſt, oder auf eines andern Anſuchen ihren Unterthanen, oder ein andern auſſerhalb Gerichts, mit beſchwerlichen Beſcheiden, Gebotten und Verbotten, oder auch Geldſtrafen gravirt, daß ſolche appellationes, vermög der gemeinen Rechten angenommen, wie es auch billig bey ſolcher rechtlichen diſpoſition verbleibt: Jedoch damit die Unterthanen gegen ihren Obrigkeiten nicht leichtlich die Urſach ſchöpfen mögten, als wann ihnen von allen Ampts- und denen Beſcheiden, ſo ihnen von Obrigkeit, und aus deren vorgehenden Geheiß auferlegt, zu appelliren bevor und frey ſtehe.

*b*) Vir illuſtr. I. A. Hofmann l. c. part. I. § 938. p. 611. et § 944. p. 616. 617.

## § XXII.

Innumera continet caſus decimus quartus, ſi quid dubii ſecum habet querela nullitatis, vbi, ait de Lvdolf *a*), caute procedit Collegium Camerale, petendo lit-

§ XIX.

Vndecima occurrit ſpecies, vbi litterae pro informatione ſolent decerni, ſi nempe factum tam obſcure aut minus concludentes ſit prolatum, vt ſummus dominus iudex veram et adaequatam ſpeciem facti eruere nequeat.

§ XX.

Caſus duodecimus recipit citationem ſuper protracta vel denegata iuſtitia *a*). Ne autem contra vſum forenſem cameralem impingam quotidianum, diſtinguendum eſt: an primo pro promotorialibus ſit ſupplicatum, haeque decretae, expeditae et inſinuatae, iudex inferior autem intra praefixum tempus, id eſt, vnius menſis, iuſtitiam non promouerit, nec paritionem praeſtiterit promotorialibus; aut num pars ſtatim ab initio pro citatione ſuper protracta vel denegata iuſtitia ſupplicauerit? In priori caſu probatione inſinuationis litterarum promotorialium legitime abſoluta, citatio ſuper protracta vel denegata iuſtitia ſine praeuiis litteris pro informatione decernitur. In poſteriori autem caſu ſemper reſcribitur, vt antea transmittantur litterae pro informatione.

*a*) Gvil. Roding l. c. lib. 3. tit. 19. § 5.

§ XXI.

Caſum exhibet decimum tertium appellatio extraiudicialis *a*). In hac occurrit dubium, vtrum iudex inferior,

qua

qua iudex, an qua pars et iudex ſimul, an vero qua pars tantum proceſſerit, et grauamen intulerit, quod dicitur prouocatio ad cauſam *b*). Prima et ſecunda diuiſionis pars admittit appellationem, tertia hanc vero reſpuit, ſed pars grauata actionem inſtituere debet coram iudice ordinario competente. Inde ratio, cur ſuprema Camera imperialis ante omnia, et ad omne tollendum dubium, litteras pro informatione reſcribat.

*a*) R. I. de 1594. § 94. Aber nachdem die extrajudicial-appellation faſt häuffig an Unſer Kayſerlich Cammer-Gericht erwachſen, dahero etwa geklagt worden, als würden dadurch die ordentliche Austräge abgeſchnitten, wie wohl es nicht ohne, da die Obrigkeit iure et vi poteſtatis atque iurisdictionis, vor ſich ſelbſt, oder auf eines andern Anſuchen ihren Unterthanen, oder ein andern auſſerhalb Gerichts, mit beſchwerlichen Beſcheiden, Gebotten und Verbotten, oder auch Geldſtrafen gravirt, daß ſolche appellationes, vermög der gemeinen Rechten angenommen, wie es auch billig bey ſolcher rechtlichen diſpoſition verbleibt: Jedoch damit die Unterthanen gegen ihren Obrigkeiten nicht leichtlich die Urſach ſchöpfen mögten, als wann ihnen von allen Ampts- und denen Beſcheiden, ſo ihnen von Obrigkeit, und aus deren vorgehenden Geheiß auferlegt, zu appelliren bevor und frey ſtehe.

*b*) Vir illuſtr. I. A. Hofmann l. c. part. I. § 938. p. 611. et § 944. p. 616. 617.

## § XXII.

Innumera continet caſus decimus quartus, ſi quid dubii ſecum habet querela nullitatis, vbi, ait de Lvdolf *a*), caute procedit Collegium Camerale, petendo lit-

litteras informatorias, ſimulque addit rationem ſufficientiſſimam, vt nempe de facto magis inſtruatur, maiorique cum fundamento petitis proceſſibus vel annuat, vel ſupplicans repellatur.

*a*) l. c. p. 145.

## § XXIII.

In genere ratione litterarum pro informatione formatur regula: toties nempe reſcribuntur, quoties ſummo domino iudici dubium quoddam enaſcitur, propter quod proceſſibus petitis ad ſupplicam in continenti non ſit annuendum, modo petiti proceſſus in ſe non ſint friuoli, quia in hoc caſu pure denegantur. Quo autem ſupremum iudicium de omnibus cauſae circumſtantiis certius reddatur, reſcribere ſolet ad iudicem a quo, ſeu informantem, vt intra certum terminum transmittat ſeinen umſtändlichen Bericht über der Sachen eigentliche Beſchaffenheit.

## § XXIV.

Dantur etiam litterae pro informatione, in quibus iudici inferiori iniungitur, vt ſuper factis litigioſis in decreto deſignatis in ſpecie reſcribat. Sic factum in cauſa de Weichs contra de Collenbach, Canonicum Antoine et officialem Leodienſem. Decretum in conſ. 23 Febr. 1778 deſuper latum huius eſt tenoris:

adhuc denegamus, ſed officiali Leodienſi, vt deſuper

in

in ſpecie ſuper ſequentibus punctis 1) an locus Hanſienne in territorio Leodienſi ſitus? 2) vbi Praepoſitus de Trappe mortuus? 3) an Epiſcopus Leodienſis in poſſeſſione conferendi praepoſituram Hanſienne huc vsque fuerit? 4) vt dictus officialis Leodienſis Bullam pontificiam et litteras praeſentationis Domini Cardinalis a Bernis in copiis vidimatis a reſpectiue Canonico Antoine et Petro a Bernis deſideret, litteras ſuas informatorias ad hocce Camerae Imperialis Iudicium, intra ſex ſeptimanarum ſpatium a die inſinuationis computandum clauſas transmittat etc. *a*).

a) Conf. Conſultiſſ. Frid. a Bostell praktiſche Abhandlung von der präokkupatoriſchen Vorſtellungen beim Kammergericht, I. Abſch. § 32. not. d. p. 32. Lemgo 1779. 8.

## Capvt III.

### *De ipſo proceſſu informatiuo.*

### § XXV.

A proceſſu informatiuo differt proceſſus cameralis communicatiuus, quatenus nempe perſona cameralis in cauſa ciuili rei vices ſuſcipere tenetur *a*), dependet enim a voluntate actoris, an contra reum, perſonam cameralem, proceſſum ordinarium ex poſt iudicialiter euadentem, an vero proceſſum extraiudicialem proprie talem inchoare velit, qui vltimus in praxi camerali vſitatiſſimus *b*), et



in

in quo decreta occurrunt communicatoria vsque ad cauſae concluſionem, hinc exceptis excipiendis recte ſtatuitur, in proceſſu camerali extraiudiciali proprie tali locum habere praxin communis proceſſus.

a) de Cramer vol. 1. obſ. 103. § 5. p. 302.

b) Vir illuſtris Ioan. Andr. Hofmann l. c. part. 3. § 2199. 2582.

## § XXV.

Ne autem a ſcopo mihi praefixo aberrem, inſtituti ratio poſtulat, vt ipſum proceſſum informatiuum, et quae in eo occurrunt, paucis attingam. Litteris pro informatione in auguſtiſſima Camera imperiali decretis, ſequitur harum litterarum expeditio, cui includenda eſt ſupplica pro proceſſibus vna cum eius adiunctis a), ſeu in genere omnes ſupplicationes cum adiunctis, ante decretas pro informatione litteras, a ſupplicante exhibentur. Expeditionem ſuſcipit inſinuatio, in qua Procurator nec immatriculatorum Notariorum, nec Nuntiorum rationem habere tenetur.

a) Non minus litterae pro informatione, quam informatoriae non in alia, quam in obſignata forma emanant atque recipiuntur. de Cramer in ſyſt. proceſſ. Imper. ſect. 6. tit. 2. § 1815. in fine.

## § XXVII.

Auguſtiſſima Camera imperialis iudici inferiori aut reo informanti in litteris pro informatione terminum ad informandum praefigit, qui tamen pro diuerſis cauſis, pro

pro ratione circumſtantiarum et loci remoti differt *a*), licet eiusmodi terminus ex norma comprehendat 6 ſeptimanarum ſpatium a die inſinuationis. Formula decreti haec eſt:

N. Z. Z. abgeſchlagen, ſondern ſoll — um hierüber ſeinen umſtändlichen Bericht innerhalb 6 Wochen dieſem Kayſerlichen Kammergericht verſchloßen einzuſchicken, zugeſchrieben werden.

*a*) R. V. de 1713. § 11. ibi: denn auch eine gewiße Zeit zu Einſendung des Berichts, nach Geſtalt der Sachen, und Entlegenheit des Orts, der Obrigkeit anzuſetzen.

## § XXVIII.

Quia autem litigans forſan temerarius poſt obtentas litteras pro informatione caſum protrahere poſſet in perpetuum, requiritur, vt intra terminum ad informandum praefixum ſupplicet apud informantem pro litteris informatoriis accelerandis et transmittendis, ſimulque, ad ſportulas pro earum confectione exſoluendas, ſeſe accingat *a*). Eiusmodi ſupplica vocatur eine Bittſchrift um Gehabung des Berichts. Huius ſupplicae exhibitio conſiſtit in facto, hinc apud informantem ſemper in duplo eſt exhibenda, cum petito, vt copiae reddendae, ſeu vti vulgo loquuntur, duplicato, inſcribatur exhibitionis praeſentatum *b*), quo de facta exhibitione, et ſe pro



virili

virili officio ſuo ſatisfeciſſe, in auguſtiſſima Camera imperiali demonſtrare poſſit impetrans.

Si vero ſupplicatio pro proceſſibus antea petitis nunc in contumaciam non informantis decernendis exhibeatur, de petitione vero um Gehabung des Berichts non conſtet, decretum praelocutorium emanare ſolet:

N. Z. Z. abgeſchlagen, ſondern würde Supplikant, daß er ſich um Gehabung des Berichts geziemend gemeldet, behörig beſcheinigen, ſo ergehet alsdann ferner, was Rechtens iſt c).

a) Supplicantis oblatio ad ſportulas pro litteris informatoriis exſoluendas tunc requiritur, aut conſilii eſt, ſi impetrans ad earum redemtionem tenetur.

b) Actor metuens denegationem duplicati cum praeſentato adhibere ſolet duos teſtes impartiales, quo horum teſtimonio exhibitionem ſnpplicae um Gehabung des Berichts docere poſſit.

c) de Cramer l. c. § 1234.

## § XXIX.

Plerumque tamen auguſtiſſima Camera imperialis vlteriorem ſupplicam um Gehabung des Berichts ſecunda vice ita iniungit:

N. Z. Z. abgeſchlagen, ſondern würde ſich Supplikant anderweit um Gehabung des Berichts geziemend melden, damit aber enthört worden ſein, ſo erginge alsdan ferner, was Recht iſt.

## § XXX.

Supplicans pro proceſſibus inſtructus neceſſariis adiunctis, nempe copia pro informatione cum relatione inſinuantis, et ſupplica um Gehabung des Berichts, poſt terminum ad informandum praefixum elapſum, et poſt primam vel ſecundam requiſitionem, informatione neque exhibita, neque prorogatione petita *a*), in Archidicaſterio camerali petit clementiſſimam litterarum informatoriarum, forſan exhibitarum, communicationem, in euentum vero, vt proceſſus antea petiti in contumaciam non informantis decernantur, cui petito regulariter defertur. Interdum vero lenius proceditur, et iterata vice terminus ad informandum praefigitur *b*).

*a*) R. V. de 1713. § 10. 11. Statuit quoque Viſitationis Conſeſſus in anno 1769. Solte, wenn Schreiben um Bericht erkandt, dieſer aber in angeführter Friſt nicht eingebracht, noch derentwillen prorogation von der Obrigkeit — geſucht worden, alsdan ohne weitern Verſchub mit behöriger Erkenntniß fürgeſchritten werden.

*b*) Conf. de Cramer obſeru. 694. § 3.

## § XXXI.

Si, exhibitis litteris informatoriis *a*), controuerſiae ſtatus adhuc exiſtit dubius, communicantur ſupplicanti ad contrainformandum zum Gegenbericht, in hanc formulam:

Iſt die gebetene communicatio des eingekommenen Berichts verſtattet, und zu Einbringung des Gegenberichts Zeit 6 Wochen angeſezt.

Ad-

Adiicitur etiam terminus praeiudicialis, quoties metuendum, ne actor vel appellans ex mora commodum quaerat, ita:

In Sachen der Bürger und Einwohner des Fleckens Neuburg wider den regierenden Herrn Grafen zu Wied Runckel: communicetur Dri Scheurer, und iſt demſelben zu Einbringung des Gegenberichts Zeit 1 Monats ſub praeiudicio praecluſionis angeſezt.

a) Litterae informatoriae diriguntur ad ſummum Dominum Camerae Iudicem, ad quem etiam transmitti ſolent (§ VI. ſupra), licet in informantis arbitrio ſit poſitum, an hanc viam ingredi, an vero eiusmodi litteras mittere velit Agenti ſeu Procuratori, vt cum ſupplica exhibeat.

## § XXXII.

Litteris informatoriis et contrainformatoriis exhibitis, fertur vel Decretum:

Auf Bericht und Gegenbericht erkannt.

vel petiti proceſſus denegantur:

Auf Bericht und Gegenbericht abgeſchlagen.

vel grauamen tollitur per Ordinationem (§ XXXIV. infra.)

Nihiloſecius perperam inde concluditur, litteras informatorias ab impetrante redemtas, ad auguſtiſſimam Cameram imperialem transmiſſas, et ad contrainformandum petitas ſemper eſſe communicandas. Camera enim imperialis ad nudas litteras informatorias, in quibus grauamina refutata ſunt, vel non, petitos proceſſus decernere

aut

aut denegare poteſt ſine exhibitis litteris contrainformatoriis *a*). Hinc perilluſtris DE LVDOLF *b*) quidem conſtituit regulam, informationes ad contrainformandum regulariter eſſe communicandas; attamen pro rei natura, ac in caſu premente absque eiusmodi communicatione decretum finale locum habere poſſe, docet experientia.

Sic in cauſa Michael Reindels aus Vorbach-Zimmern wider deſſelben hohe Geſamt Herrſchaft die 12. Aug. 1761. ſupplicabatur pro communicatione litterarum informatoriarum iamiam exhibitarum, ad dandum litteras contrainformatorias, quam ſupplicam ſequebatur Decretum:

Iſt das gebetene Mandatum de concedenda reuiſione abgeſchlagen. In Conſ. 9. Martii 1762.

Decretum etiam exhibet cauſa appellationis Dick contra Rück.

Sind die gebetene Appellations-Proceſſe beſondern bewandten Umſtänden nach auf Bericht abgeſchlagen. In Conſ. 23. Januar. 1773.

Aliud adhuc praeiudicium extat in cauſa Loriſeca contra Luther, vbi die 31 Martii 1772. ſupplicabatur: pro, ſine praeuia litterarum informatoriarum communicatione, clementiſſime concedendo documento denegatorum appellationis proceſſuum, quod petitum excipiebat Decretum:

Iſt das gebetene Documentum denegatorum proceſſuum verſtattet. In conſ. 9 Maii 1772.

*a*) R. V.

*a*) R. V. de 1713. § 10. Wann dann derſelbe (Bericht) einkommen, und daraus erſcheinen wird, daß des Supplikanten Suchen und Begehren keine Statt haben könne, ſoll derſelbe vom Cammer-Gericht gänzlich abgewieſen, im Gegenfall aber, da die Sach recht und billig befunden würde, oder die Bericht-Schreiben in angeſetzter Friſt nicht eingelangt, noch derentwillen prorogation von der Obrigkeit, ſo den Bericht erſtatten ſollen, geſucht worden, alsdan dem Befinden nach, der Proceß und Mandaten halber, auf des Supplikanten ferneres Anhalten erkennt werden, was Rechtens ꝛc.

*b*) l. c. p. 263.

## § XXXIII.

Nec deſunt exempla, vbi iam decreta litterarum informatoriarum communicatione ante litteras contrainformatorias exhibitas ad petitum impetrantis decretum ferebatur finale. Ita in cauſa Mick contra ampliſſimum Senatum Francofurtenſem, Decretum de 4. 8$^{br}$ 1782. communicationem ad contrainformandum continens, facta remonſtratione emanabat, et petitum Mandatum die 15 eiusdem menſis auf Bericht pure denegatum eſt.

## § XXXIV.

Alia adhuc occurrit ſpecies in querelis ſubditorum contra Dominum, aut ſi iudex inferior nimis tumultuarie procedit. His in caſibus auguſtiſſima Camera imperialis poſt in- et contrainformationem ſaepenumero omni liti finem imponit per Ordinationem, et proceſſum quaſi incunabulis amputat, vti factum 13. Septembr. 1777 in

cauſa

cauſa ordinis equeſtris Ruthenici *a*), et in cauſa Anhalt Bernburg wider daſige Unterthanen decernebatur Commiſſio ad Sereniſſimum Saxoniae Electorem die 1. Iunii 1770 *b*). Huc etiam pertinet ordinatio in cauſa Jud Heymann wider Kahl de 21 Febr. 1755, praefationi des Wezlariſchen Praktikanten § 7. p. 12 inſerta, cuius tenor eſt:

Auf Bericht und Gegenbericht N. Z. Z. abgeſchlagen, ſondern verſiehet man ſich zu Burgermeiſter und Rath in Hamburg, daß ſelbiger das bisherige wiederrechtliche Verfahren abſtellen, mit der Exekution ſeiner Erkenntniß inne halten, dahingegen den praeiudicial-Punckt des in actis vorkommenden Lüneburgiſchen Leinwand-Handels, und des vom Appellanten in Hamburg angeblich geſchehenen Kaufs mentionirten Leinwands legaliter und nicht tumultuarie unterſuchen, beide Theile darüber in Schriften ordentlich handlen, und auf Begehren ein oder andern Theils die acta ad extraneos JCtos zum Rechts-Spruch verſchicken laſſen werde; in deſſen Entſtehung ſupplicanti den weitern Recurs anhero zu nehmen ohnbenommen, ſondern vorbehalten bleibt.

*a*) Pütters Rechtsfälle, tom. 3. p. 557. deciſ. 270. Mosers Sammlung einiger neuen Abhandlungen von deutſchen Staatsſachen, 1te Sammlung, p. 177. Georg. Frid. Martens diſſ. de foro principum cum ſubditis litigantium, Gœttingae 1780. Christ.

 Iac.

Iac. Eisenslück de modo ſuperiorit. territor. iura contra eos, qui ſe illi ſubiectos negant, perſequendi, Lipſiae 1785.

*b*) Pütter l. c. tom. 2. part. 3. p. 745.

## § XXXV.

Exhibitis litteris informatoriis et contrainformatoriis vlteriora in regula non admittuntur ſcripta *a*), fieri tamen poteſt, vt ambo et informans et contrainformans ſtatum cauſae non ſatis declarent, quo in caſu ſecunda vice litterae pro informatione decernuntur, vti nouiſſime, nempe die 11 Nouembr. 1788 factum in cauſa der Gemeinden Brezenheim und Weigerheim contra den Herrn Grafen von Brezenheim.

*a*) de Lvdolf l. c. ſect. 2. § 2. p. 183.

## Capvt IV.

### *De redemtione litterarum informatoriarum ſecundum nouiſſimam Camerae imperialis praxin.*

## § XXXVI.

Reſtat adhuc, vt explicetur quaeſtio: cuius expenſis litterae informatoriae ſint conſcribendae, nempe an extrahens ad eiusmodi ſportulas exſoluendas ſit obſtrictus, an vero magiſtratus ſeu informans litteras informatorias ſuis propriis ſcribere et transmittere teneatur expenſis?

In

In reſpondendo ad hauc quaeſtionem ordine procedam chronologico. A primis temporibus ad praeſentia vsque vſum forenſem cameralem, in redemtione litterarum informatoriarum occurrentem, paucis enucleabo, et varia tempora ſedulo diſcernam. Pars impetrans olim ad litterarum informatoriarum redemtionem ſimpliciter fuit obligatus, inde ratio, cur omnes fere iuris cameralis ſcriptores de quaeſtione vix memorata altum ſeruauerint ſilentium, quorum allegationem ſpecialem in aliud tempus differo, quia in patria tantum apparatus auctorum cameralium completus in bibliothecis ſelectis et locupletiſſimis extat.

## § XXXVIII.

Primum veſtigium quaeſtionis: cuius expenſis litterae pro informatione et ipſa informatio ſint redimendae? occurrit apud celeberrimos quondam imperialis Camerae iudicii Aſſeſſores, CASPARVM et WERNERVM KOCHIOS *a*), vbi haec verba leguntur:

> Sed cuius expenſis? an Partis, quae eas requirit? an Magiſtratus? Ego credo, ſupplicantes ſuis expenſis litteras pro informatione um Bericht impetrare et inſinuari curare; Magiſtratum vero informationem den Bericht ſcribere ſuis expenſis, et huius copiam iterum Partem ex Cancellaria redimere et refutare.

 Inde

Inde patet, praelaudatos Auctores putare, quod impetrans expenſas expeditionis et inſinuationis litterarum pro informatione, vt et expenſas deſcriptionis ex propriis ſoluere, magiſtratus vero litteras informatorias ſuis expenſis conficere et ſcribere teneatur.

Ratio huius ſententiae KOCHIORVM forſan eſt quaerenda in antiquo litterarum pro informatione vſu, ad ſolas ſubditorum contra dominum, et ad citationes in puncto relaxationis iuramenti ad effectum agendi *b*) reſtricto. In aliis enim cauſis litterae pro informatione vel rariſſimae, vel forſan prorſus nullae, quinimmo in cauſis appellationum inter ſolos priuatos ventilatis inauditae fuerunt.

*a*) in commentar. ad Ordinat. camer. part. 2. tit. 14. num. 5. in DECKHERRI monument. lection. cameral. antiquae.

*b*) C. O. C. part. 2. tit. 25. § 3. et tit. 26. cuius initia in R. I. de 1530. § 92. 93. legi poſſunt.

## § XXXIX.

A tempore perilluſtr. Kochiorum vsque ad aeuum Ludolfianum quaeſtio illa a Cameralibus integra eſt relicta; ſed perilluſtr. DE LVDOLF *a*) idem thema quaſi denuo tangit, verba ita faciens:

litterarum expenſas Impetrans ſoluit, ſed Magiſtratus ſuis expenſis mittit.

quibus declarationem adiungit perilluſtris DE BALEMANN b).

Der Satz iſt etwas dunckel, und muß aus der Obſervanz erkläret werden, welche mehrentheils dem klagenden Unterthanen dieſe Koſten auflegt, weil er vor erkandten Proceſſen die Vermuthung wider ſich hat, und alſo bis dahin den durch ſeine ungegründet ſcheinende Forderung veranlaßten Aufwand aus eigenem Vermögen beſtreiten muß.

a) l. c. p. 182.

b) in den Anmerckungen über die Viſitations-Schlüße, p. 389. Lemgo 1779. 4.

## § XL.

Si vſum forenſem cameralem in redemtione litterarum informatoriarum inſpicimus nouiſſimum, diſtinguendum erit: inter cauſas primae et ſecundae inſtantiae, et quod ad hanc, num informans litteras informatorias, tanquam iudex tantum, an qua appellatus principalis, ſeu velut coappellatus exarare teneatur? Seu caſus in genere ita eſt diſcernendus, vt reſpiciatur: vtrum proceſſus petiti iudicem informantem, tanquam reum vel correum immediate concernant, an vero iudex inferior litteras tantum mittat informatorias qua iudex, quem cauſa principalis non attingit. In caſu ergo, in quo informans ſolius iudicis vices ita obit, vt rei nomen non mereatur, actor litteras informatorias ſuis propriis expen-

ſis redimere tenetur. In viſione autem, vbi ipſum informantem vices partis reae aut correae recipere oportet, litteras informatorias ſuis propriis expenſis ſcribere et transmittere eſt obſtrictus. Vt autem quiuis intelligat, hanc diſtinctionem non eſſe arbitrariam, ſed in praxi fundatam, decretis cameralibus probabo nouiſſimis.

## §. XLI.

Quia autem in prima ſpecie, quatenus iudex tanquam iudex tantum informatorias mittere debet litteras, et litis non conſors exiſtit, impetrantem omnes ſoluere expenſas cognitum atque perſpectum eſt (§ XL antecedens), me ſtatim conuerto ad caſum, quando iudex inferior informans reus euadit principalis. Quibus praeiudiciis nouiſſimis hoc continetur:

a) In Sachen von Schenck wider Solms Braunfelß, vbi Camera imperialis ordinauit:

Wird der beklagten Regierung in dieſer die eigene Gerechtſame ihres Landesherrn betreffenden Sache die unentgeldliche Verabfolgung des abgeforderten Berichts aufgegeben. In Conſ. 12 Iulii 1784.

b.) Simili modo decernebatur in Sachen der Gemeinen zu Würzach wider Herrn Heinrich LI. Grafen von Reuß die 13 Novembr. 1784.

c.) In

c.) In Sachen der Gebrüder Stumm contra den Herrn Fürſten von Salm.

Iſt die ohnentgeldliche Verabfolgung des Berichts hiermit verordnet. In Conſ. 17 Ianuar. 1788.

d.) In Sachen Ziegler contra die Freyherrn von Gemmingen.

Iſt Supplikantens Principalen den abgeforderten Bericht gratis verabfolgen zu laſſen, anbefohlen. d. 30 Maii 1788.

e.) In Sachen der Gräflich-Lippe Detmoldiſchen Eingeſeſſenen der Aemter Schettmar, Irlinghauſſen, Bracke Barrendorf, Vogtey Heyden und Conſorten contra Gräflich-Lippe Detmoldiſche Vormundſchaft und Regierungs-Canzley Mandati de emendando cataſtrum non rite confectum etc. C. C. die 18 Decembr. 1787. vna cum decreto Mandato ordinatum eſt:

In Gemäsheit des Kammergerichtlichen Dekrets vom 31ten Octobr. 1785. die erhobene Gerichts-Gebühren zu 153 Rthr. 32 Grl. an Klägern zu reſtituiren.

Ad reiteratam impetrantis ſupplicationem inhaeſiue decretum eſt:

judicialiter; Dann iſt, ſoviel die Gerichts-Gebühren betrift, impetratiſchem Theil zu deren Erſtattung annoch Zeit eines Monats ſub poena executionis hiermit angeſezt. In conſ. 16. Sept. 1788.

Qui-

Quibus praemiſſis partis reae procurator, ope producti reſcripti, realem ſportularum ſupra dictarum reſtitutionem die 22 Octobr. 1788. per receſſum oralem, obſequii ſiue vulgo paritionis loco, indicauit.

## § XLII.

Iudex inferior ſaepe recipit perſonam partis correae (§ XL.), in qua viſione idem eſt ſtatuendum, quod contra reum principalem demonſtraui (§ XL.) Sic ab auguſtiſſima Camera imperiali litterarum informatoriarum exaratio et transmiſſio ſuis ſumtibus eſt iniuncta correis informantibus.

Praeiudicia anni proximi elapſi ſunt:

f.) In Sachen der Brederiſchen Erben zu Braunfelß contra die Dörriſche Erben daſelbſt und die Fürſtlich-Solms-Braunfelßiſche Regierung latum eſt Decretum die 12 Ianuar. 1788.

N. Z. Z. abgeſchlagen, ſondern ſoll Fürſtliche Solms-Braunfelßiſche Regierungs-Canzley ꝛc. ihren umſtändlichen Bericht, **und zwar ohnentgeldlich**, einzuſchicken, zugeſchrieben werden.

g.) In Sachen Annen Marien Traunin zu Laumersheim contra Michael Schneider zu Gernsheim und das Hochfürſtliche Hofgericht zu Worms.

Sind die gebetene Appellations-Proceſſe partim pure, par-

partim N. Z. Z. abgeſchlagen, ſondern ſolle Richtern voriger Inſtanz ſeinen umſtändlichen Bericht ꝛc. und vorerſt **ohnentgeldlich**, einzuſchicken, zugeſchrieben werden. Decretum die 12 Febr. 1788.

h.) In Sachen Valentin Speyerer, Bürgers und Kiefers zu Renchen, in Ehevogts Namen, contra Catharina Laiblin, Weiland Ignaz Hunden des Stabhalters ſeel. hinterlaſſene Wittib zu Renchen.

N. Z. Z. abgeſchlagen, ſondern ſolle Richtern voriger Inſtanz (Biſchöflich-Strasburgiſche Appellations-Inſtanz) ſeinen umſtändlichen Bericht einzuſchicken, zugeſchrieben werden, und wird dem **Unterrichter** die **ohnentgeldliche** Erſtattung des **Berichts** anbefohlen. Decretum die 18 Aug. 1788.

## § XLIII.

Praeter enumerata, et alia praeiudicia cameralia adferam, in quibus gratuita litterarum informatoriarum exhibitio eſt iniuncta. Sic decretum eſt

i.) In Sachen der Stadt Nardharn contra die Gräflich-Bentheimiſche Kanzley.

Solle Gräflich-Bentheimiſche Kanzley den abgeforderten Bericht Supplikantens Principalſchaft einsweilen *gratis* verabfolgen laſſen. 11 Octobr. 1788.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-210826-p0047-7

k.) In cauſa Antonii Ioſephi Dandrimont et Conſortium, qua Conſtitutorum a Corpore totius communitatis Tectenſis ſe adiungentis, nec non Notarii imperialis Brodel contra Cameram rationariam Leodienſem eiusque SyndicumAnſiaux.

Camerae rationariae, vt litteras informatoriales vsque ad deciſionem noſtram *gratis* erga adnotationem Supplicantis principalibus concedat, iniungimus. Die 2 Decembr. 1755.

## § XLIV.

Praeiudicia nouiſſima cameralia, quotquot benignitate complurium Patronorum, et amici cuiusdam, quos ſumma cum gratiarum actione palam veneror, accepta refero, et a me ſucceſſiue allegata ſunt, quae gratuitam litterarum informatoriarum exhibitionem ſpecialiter inculcant, mihi adhuc rimandum relinquunt, quonam haec Decreta fulciantur fundamento.

Ad hanc rationem inquirendam, viam mihi patefecit ſequens ſupplica, quam integram hic inſerere non dubito.

Unterthänigſter Nachtrag zur Befolgung des Vorbeſcheids
In Sachen
Johann Krochmann
contra
Burgermeiſter und Rath der Kayſerlichen freyen
Reichsſtadt Hamburg;

Exhib. d. 29. Aug. 1787. Dr. Hert.

## Hochgebohrner Reichsgraf,
## Römiſch Kayſerlicher Majeſtät
## Kammerrichter,
## Gnädigſter Graf und Herr!

Um die Beilage ſub Lit. G. dieſſeitigen unterthänigſten Befolgung des Vorbeſcheids, genauer zu erläutern, ſiehet ſich Anwalt gemüſſiget, folgendes annoch ehrerbietigſt zu bemercken.

Es hat nemlich deſſen Principal zu verſchiedenenmahlen per Notarium bey der hamburgiſchen Kanzley um Abſendung des dem Magiſtrat von dieſem höchſtpreißlichen, Kayſerlichen und Reichs Kammergericht abgeforderten Berichts nachgeſuchet, und auch noch zulezt am 20 v. M. nicht allein dies Geſuch wiederholet, ſondern auch abermals zur Bezahlung der Expeditions-Gebühren ſich erbothen, wie dieſes das darüber ausgefertigte — und ſub Lit. G. beigebrachte Notariat-Inſtrument des mehreren beſaget.

 Allein

Allein dieſes Geſuch iſt bisher immer ohne Erfolg geweſen, weil die hamburgiſche Kanzley, wie ſie dieſes dem unterzeichneten Sachwalter zu wiederholtenmahlen erkläret hat, von dem Herrn Referenten den Befehl erhalten, nicht eher den Bericht abzuſenden, bis er für ſeine Arbeit bezahlt ſey; daher die Kanzley, ſtatt daß die ſonſtigen Expeditions-Gebühren einige Thaler betragen mögen, über 84 Mark gefordert hat.

Wenn nun gleich bey ſonſtigen Appellationen, wo eine Privatperſon Appellat iſt, die Gewonheit eingerißen ſein mag, daß der Appellant auch die Arbeit des Referenten für den Bericht, der noch dazu in ſolchem Fall immer natürlicher Weiſe den Anſprüchen des Appellanten das Wort redet, bezahlt bat; ſo kann doch dieſer in keinem Geſetz gegründete allenfalſige Gebrauch in dem gegenwärtigen Fall gar nicht in Anwendung kommen, da der hamburgiſche Magiſtrat, nicht blos iudex a quo, ſondern vielmehr ſelbſt Appellat und Implorat iſt, und ihm von dieſem höchſten Reichsgericht injungirt worden, dieſen Bericht einzuſenden. So wenig alſo ſonſt ein Appellant verpflichtet werden kan, die Schriftſätze des Appellaten zu bezahlen, ſo wenig mag der hamburgiſche Magiſtrat, ohne die himmelſchreyendſte Unterdrückung eines Unterthanen ſich zu Schulden kommen zu laſſen, von dem Appellanten und Implorانten die Bezahlung des Berichts ſelbſten verlangen, ſondern wenn der Referent in Hamburg bezahlt werden muß, ſo muß ſich derſelbe mit ſeiner Forderung an die Stadt-Cämmerey, als die öffentliche Staats-Caße halten.

Die bewährteſten Cameraliſten legen zudem dem Unterrichter ohne Unterſchied an cauſa primae vel ſecundae inſtantiae adſit? die

die Einſendung des Berichts auf ſeine Koſten auf. Denn ſo ſagt

DE LUDOLF Syſt. jur. cam. p. 182.

Litterarum expenſas Impetrans ſolvit, et magiſtratus ſuis expenſis mittit

und die Gebrüder Koch apud Deckherr monum. lection. cam. antiq.

Sed cujus expenſis? an partis, quae eas requirit? an Magiſtratus? Ego credo Supplicantes ſuis expenſis litteras pro informatione, umb Bericht impetrare, et inſinuari curare. Magiſtratum vero informationem, den Bericht, ſcribere ſuis expenſis.

In dieſer Rückſicht und weil augenfällig der appellatiſche und impetratiſche Magiſtrat der Stadt Hamburg nur durch dieſe höchſt ungerechte Verweigerung die Sache in die Länge zu ziehen, Anwalts Principal mürbe zu machen, und ihm noch den lezten Reſt ſeines geringen Vermögens abzunehmen, beabſichtet, hoft derſelbe mit unterthänigſter Zuverſicht,

Daß Ew. Hochgräfliche Excellenz gnädigſt geruhen, nunmehro das dießeits gebetene Mandatum huldreichſt zu erkennen, oder wenigſtens dem hamburgiſchen Magiſtrat die Auslieferung des Berichts gegen Bezahlung der gewönlichen — an die hamburgiſche Kanzley zu entrichtenden Expeditions-Gebühren binnnen 14 Tagen anzubefehlen.

Hierüber ꝛc.

Ew. Hochgräflichen Excellenz

unterthänigſter
Dr. Hert
ſub caut. ſolita.

*De-*

## Decretum.

Wird dem Magiſtrat der Stadt Hamburg, den in dieſer wider denſelben eingeklagten, die eigene Gerechtſame betreffenden Sache, erforderten Bericht Supplicantens Principalen gegen die von ihm erbothene Zahlung der Kanzley Expeditions-Gebühren in Zeit 4 Wochen, ſub praejudicio angeſezt, verabfolgen zu laſſen, hiermit anbefohlen. In Conſ. d. 31 Aug. 1787.

## § XLIV.

Praemiſſis hiſce praeiudiciis cameralibus nouiſſimis, multum inſeruit, vt ad quaeſtionis ſupra § XXXVI adlatae dilucidationem quaedam de litis expenſis proponam, mihique quaſi viam patefaciam ad iam allegatae quaeſtionis rationem eruendam. Propoſitiones huc ſpectantes ſunt: primo: victus victori e regula refundere debet litis expenſas *a*), modo litigandi temeritas ex parte victi ſit clara et explorata *b*), haec litigantis temeritas autem non ex euentu, ſeu ex condemnatione, ſed ex cauſa litigandi impulſiua venit diiudicanda *c*). Secundo: dantur ſententiae mixtae, in quibus vterque litigans, et victor et victus ſimul, praedicare poteſt et debet, in qua viſione nullus litigantium in litis expenſas condemnari poteſt, ſed locum habet expenſarum compenſatio, quam ſententiam quoque Auguſtiſſima Camera imperialis tuetur *d*). Tertio: litis expenſarum mentio modo regu-

regulari fit in ſententiis definitiuis e), quia litis expenſarum ratio ponenda eſt in ferenda ſententia, et a quolibet iudice expenſarum ergo ſpecialis formatur quaeſtio in relationis definitiuae fine; ibi enim cum fundamento demum ſtatui poteſt, anne ſuccumbens cauſam litigandi veroſimilem, vtrum vero temerariam habuerit. Et tandem quarto: valet appellatio ab omiſſa expenſarum expreſſe et iuſte petitarum condemnatione f), quod idem eſt, ac ſi diceretur: iudex definitiue pronuncians in cauſa principali, litis expenſarum vero nullam faciens mentionem, victori, ſeu triumphanti infert grauamen, quia victum temerarium in expenſas non condemnauit, ergo victor, ad hocce grauamen tollendum, refugere poteſt ad appellationis beneficium.

a) Vir illuſtris I. A. Hofmann l. c. part. 1. § 797.

b) L. 79. princ. D. de iudiciis.
Carpzov in proceſſu iuris tit. 24. art. 1. num. 16. p. 776. edit. de 1663. Avgvst. de Leyser ſpec. 88. per totum. de Cramer in den Wezlar. Nebenſt. part. 77. p. 70. et part. 79. p. 23.

c) L. 78. § 2. ff. de legat. et fideicommiſſ. 2do.

d) Gail lib. 1. obſ. 110. num. 6.

e) Vir illuſtr. I. A. Hofmann l. c. part. 1. § 1052. 1053. et part. 3. § 2448.

f) Mynsinger cent. 2. obſ. 22. Ioach. Christoh. Bellmann de effectu ſententiae ad omiſſa, Gœtt. 1755. § 27 ſqq. p. 62 ſqq.

§ XLV.

§ XLV.

Nunc transgredior ad indagandam quaeſtionis § XXXVI rationem. Ex praemiſſis ſat ſatisque elucet, varias eſſe rationes, cur actor litteras informatorias a reo aut correo informante ſuis propriis expenſis redimere, et poenam temere litigantis quaſi in anteceſſum, et ante condemnationem in expenſas luere, haud teneatur. Conſtat enim, a) actorem poſt emanatas, expeditas et inſinuatas litteras pro informatione aliqualem pro ſe habere praeſumtionem, quod bonam foueat cauſam, alias petiti proceſſus ſimpliciter eſſent denegati; ergo tempore redemtionis litterarum informatoriarum actor dici nequit temerarius litigans. b) Altera intrat ratio, nempe in proceſſu informatiuo tantum euadit quaeſtio: vtrum petiti proceſſus ſint decernendi, an vero denegandi? quod vtrumque contingit per decretum; hoc autem toto coelo differt a ſententia definitiua *a*); in hac ſola enim litis expenſarum fit mentio. c) Nimis durum, quinimmo iniquum foret, vt actor ante ſententiam definitiuam et condemnationem in expenſas, ad aduerſario ſuo ſcripta ab hoc exhibita perſoluenda, et litteras informatorias redimendas, ſit *obſtrictus. Quinimmo* d) eiusmodi poena temere litigantis anticipata vergeret in iurisdictionis cameralis praeiudicium, ita, vt actor, quia proprias et aduerſarii ſui expenſas ſimul ferre debet, etiam in cauſa iuſtiſ-

ſima

ſima deterreatur, Iudicem Supremum adire, ſuumque ius proſequi.

*a*) Me non fugit, decretum in appellationis inſtantia denegatorium eſſe inſtar ſententiae a qua confirmationem, perinde enim eſt, an denegentur proceſſus, an ſententia confirmetur? GAIL lib. 1. obſ. 31. n. 11. LAVTERBACH in C. T. P. lib. 1. tit. 4. § 23. Perilluſtr. DE LVDOLF in colloq. p. 13. DE CRAMER in den Wezlar. Beiträgen, part. 1. p. 105. 106. § 2. part. 2. p. 198. § 1. et in comment. ſyſt. de iure cam. p. 186. n. 25. p. 220. 222. 291. Rationem addit L. B. DE HARPPRECHT in Reuiſione C. O. C. Viſitationi oblata, part. 1. tit. 22. § 29. Daß — ein Decretum pure denegatorium et inhaeſiuum ſchwerer als ein Urtel fallen dürfte, gegen welches verſchiedene remedia iuris gleichwohl ſtatt finden.

## § XLVI.

Hiſce omnibus tamen praeſuppoſitis, aequum mihi videtur, magiſtratum, ſeu reum informantem litterarum informatoriarum ſportulas ſibi annotare, quo petitis proceſſibus cum moderatione quadam auf Bericht und Gegenbericht denegatis redemtionis ſportulas adhuc petere poſſit. Proceſſus vero auf Bericht und Gegenbericht decreti eiusmodi ſportularum ſolutionem vsque ad ſententiam definitiuam reiiciunt, et tum demum ſoluuntur, ſi actor in expenſas litis eſt condemnatus.

## § XLVII.

Saepe conqueruntur actores ſuper ſportulis ab informante plane immodice vel exactis vel poſtulatis, prae-

primis ſi informans plane prolixus eſt in exarandis litteris informatoriis, qua in ſpecie ab Auguſtiſſima Camera imperiali eiusmodi ſportulae moderantur, vti contigit in cauſa von Zielberg contra Pelizäus und Fürſtlich-Corveyiſche Regierung, vbi ſportulae ad 100 Imperiales a praefato Regimine praeſtitutae ab Archidicaſterio Camerali ad 50 moderabantur.

Auguſtiſſima Camera imperialis etiam moderat ſportulas pro redemtione litterarum informatoriarum iam ſolutas, aliquando cum dedignatione quadam, vti factum in Sachen der Gemeinden Ober- und Nieder-Mockſtadt wider Amtmann Hofmann und die Hochgräfliche Regierungs-Kanzley zu Büdingen:

Nochmal abgeſchlagen; und ſind die für Auslöſung des Berichts angeſezte hundert Gulden drei Kreuzer auf Sechszig Gulden ex officio moderiret, dabei der Gräflich-Iſenburg-Büdingiſchen Kanzley ihre in ſolcher Anſetzung gebrauchte Uebermaß ernſtlich verwieſen wird. In Conſ. d. 16. Jul. 1787.

## § XLVIII.

Haec itaque ſunt, quae de litterarum informatoriarum redemtione pro inſtituti ratione differere volui; filum nunc abrumpo, velaque contraho, ſiquidem vlterio-

riorem et vberiorem huius materiae deductionem in aliud mihi reſeruo tempus. Interim *Lector Beneuole!* vt hasce primitias aequi bonique conſulere, et errores forſan irreptos conniuere velis, humaniſſime oro et rogo.

FINIS.



# THESES.

I.

Debitor ſecundum ius naturae tenetur ad vſuras.

II.

Ex ſponſalibus ſecundum ius naturae agi poteſt ad matrimonium ineundum.

III.

Hereditas ſi fuerit vendita, ius accreſcendi pertinet ad emtorem.

IV.

Pater filio exheredato tutorem dare poteſt.

V.

Succeſſor neque vniuerſalis neque ſingularis priuilegium anteceſſoris reuocare poteſt.

VI.

Vterini in fratrum et ſororum bonis excluduntur a legitima.

VII.

Nepos non iure repraeſentationis, ſed iure proprio ſuccedit.

VIII.

Iuri reluendi pignus non praeſcribitur, quia eſt res merae facultatis.

IX.

In contractu aeſtimatorio dominium non transfertur in propalam.

X.

Tertius poſſeſſor aeque in pignore ſpeciali ac generali exceptionem excuſſionis opponere poteſt.

XI.

Ex L. 2. C. de reſcind. vend. agi non poteſt in hereditate vendita.

XII.

Sponſalia clandeſtina, quibus acceſſit benedictio ſacerdotalis, aut copula carnalis, non valent.

Marburg. Diss., 1789/1800
f
ULB Halle 3
003 550 265
Sb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-210826-p0060-9

SSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA

CONTINENS

# DELINEATIONEM PRAXEOS
# VSTISSIMAE CAMERAE IMPERIALIS
# NOVISSIMAE

CIRCA

# TTERARVM INFORMATORIARVM
# REDEMTIONEM,

VVLGO

# der Berichts=Auslöſung.

1789, 3.

32

QVAM

SVB AVSPICIIS

*AGNIFICENTISSIMI RECTORIS*

DOMINI

# I. GVILIELMI IX.

LANDGRAVII HASSIAE RELIQVA

ET

*VSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS*

AVCTORITATE

PRO CONSEQVENDA

VTROQVE IVRE DOCTORIS DIGNITATE

D. II. APRIL. MDCCLXXXIX.

PVBLICE PROPVGNABIT

ELMVS THEODORVS GOTTHARDVS PILGER
WEZLARIENSIS.

MARBVRGI
PIS IOANNIS BAYRHOFFERI, ACAD. TYPOGRAPHI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-210826-p0061-4